

archiepiscopus. Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Harvicus Augustensis episcopus. Conradus Wormacensis electus. Wortwinus protonotarius. Florentius comes Holandie. Sebastianus Ziani dux Venetie. Marchio Theodericus de Saxonia. Marchio Conradus Montis Ferrati. Comes Ubertus de Blandrate. Conradus marchio Anconitanus.  
 5 Comes Henricus de Dietsae. Musculo de civitate Castelli. Cavalchasella de Castello. Iacobus de Cassett[o]. Iacobus de Montegrandi. Ragerius de Havena. Litheardus de Fossato. Wido sancti Nazarii et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gottofridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi Italie regni  
 10 archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis centesimo septuagesimo octavo, indictione x, regnante domno Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius vigesimo sexto, imperii vero vigesimo quarto, Venetiis in palatio ducis ii. kalendas septembris; feliciter amen.

15

423.

*Kaiser Friedrich I. versichert dem Papste Alexander III., daß er den\* zwischen der Kirche und dem Reiche geschlossenen Frieden halten wolle.*

Venedig, 1177 Sept. 17.

*Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2,160. Stumpf 4225.*

Reverendo in Christo patri domino pape Alexandro sacrosancte Romane ecclesie  
 20 summo et universali pontifici Fredericus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus debitam obedientiam et filialis devotionis affectum. Cum imperatoria maiestas a rege regum ad hoc in terris ordinata sit, ut per eius operam totus orbis pacis gaudeat incremento, nos, quod deus in solio Romani imperii constituit, eam diligentius amplecti et ferventius conservare debemus et volumus. Inde est, quod pacem ecclesie et imperii,  
 25 cundum quod a principibus nostris et a cardinalibus Romane ecclesie disposita est et ordinata et in scripto principum nostrorum sigillis eorum signata continetur, sicut per interpositam personam secundum formam, que in scripto continetur, iurari fecimus, sic presenti scripto nos firmiter observare promittimus, confirmamus et ratum in posterum  
 30 fuerit, deo propitio observari. Datum apud Venetias in palatio ducis xv. kal. octobris, indictione x.

424.

*Verschiedene Fürsten, darunter Markgraf Dietrich und Graf Dedo, versprechen dem Papste Alexander III., den zwischen der Kirche und dem Reiche geschlossenen Frieden halten zu wollen.*

35

[1177 Sept. 17.]

*Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2,160.*

*Anm.: Wegen der Datirung vergl. Prutz, Friedrich I. 2,335.*

Domino suo ac patri venerando Alexandro dei gratia sancte Romane sedis et  
 catholice ecclesie summo pontifici et universali pape Christianus Maguntinus archiepis-  
 40 copus, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Wiecmannus Magdeburgensis, Arnoldus